

CINCO DOCUMENTOS LUCENSES

Reuno aquí cinco documentos reales de Alfonso VII, Alfonso IX y Fernando III, procedentes del archivo de la catedral de Lugo y relativos a la iglesia lucense. Tienen interés para la historia de las instituciones, porque en uno se convierte en infanzones a los canónigos de la sede señalada, en otro se concede al obispo de la misma el señorío de la ciudad y de algunas villas y en dos, copiados en las márgenes del IV, se dictan órdenes al concejo de Villafranca, sobre las exenciones tributarias de los hombres que tuvieran heredades, supongo que en prestimonium, de los obispos lucenses. Todos nos descubren pormenores, hasta ahora poco conocidos, de la historia jurídica, y del N.º II se deduce que fué Alfonso VII, el Emperador, quien otorgó a los prelados lucenses, la ciudad de Lugo. Los traslado como los leo en las fotocopias que posee Sánchez-Albornoz.

MARÍA DEL PILAR R. LAGUZZI

I

27 de octubre de 1153

Alfonso VII el Emperador exime de prenda a los canónigos de Lugo en procesos relativos al obispo o a sus vasallos y les concede el privilegio de infanzonia, que define.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Sicut in omni contractu condiciones ualere imperialis testatur auctoritas, sic enim iusticie ratio exigit ut ea que a regibus siue ab imperatoribus fiunt scripto firmentur ne temporum diuturnitate obliuioni tradantur. Idcirco ego Adefonsus Hispanie imperator una cum uxore mea imperatrice domina Rrica et cum filiis meis, Santio et Fernando, uobis canoniciis ecclesie Sancte Marie Lucensis, tam presentibus quam futuris, fatio cartam defensionis, ut ab hac die nullus sit ausus pignorare res uestras comunes uel proprias, pro uoce episcopi uestri uel alicuius uassalli sui, nisi pro calumpnia uestra manifesta de qua pro episcopo uestro uel capitulo satis facere nolueritis, et dono caustum corporibus uestris et domibus uestris quingentorum solidorum, et hoc fatio pro amore Dei et pro

animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione, et ut animam meam in orationibus uestris semper in memoriam habeatis. Si uero aliquis homo, quod absit, hoc meum factum rumpere temptauerit, sit a Deo maledictus et excommunicatus et cum Iuda proditore Domini in inferno dampnatus et pectet regie parti sex milia solidos. Facta carta in Burgus, VI Kalendarum nouenbris. Era MCLX^v prima. Imperante ipso imperatore Toleti, Legione, Galletia, Castella, Naiara, Saragotia, Baetia et Almaria. Comes Barchilonie et Santius rex Nuarre uassalli imperatoris. Ego Adefonsus imperator hanc cartam, quam fieri iussi propria manu mea roboro atque confirmo.

I.^a col. Rex Santius filius imperatoris confirmans. Comes Pontius maiordomus imperatoris confirmans. Comes Almanricus tenens Baetia confirmans. Comes Ranemirus Froilaz confirmans. Comes Petrus Adefonsus confirmans. Guterr Fernandiz confirmans. Nunus Petriz alferiz imperatoris confirmans.

II.^a col. Johanes Toletanus archiepiscopus et Hispanie primas confirmans. Johanes Legionensis episcopus confirmans. Victorius Burgensis episcopus confirmans. Raimundus Palentinus episcopus confirmans. Martinus Ouetensis episcopus confirmans. Martinus Auriensis episcopus confirmans. Pelagijs Minduniensis episcopus confirmans.

SIGNUM IMPERATORIS

III.^a col. Rex Fernandus filius imperatoris confirmans. Comes Fernandus Galletie confirmans. Comes Rudricus Petriz frater eius confirmans. Uermudus Petriz frater eius confirmans. Gundisaluus Fernandiz confirmans. Aluarus Ruderiguiz Galletie confirmans. Fernandus Oariz Galletie confirmans.

Johans Fernandiz, canonicus ecclesie Beati Iacobi et notarius imperatoris, scripsit.

II

18 de octubre de 1189

Alfonso IX de León concede a los obispos lucenses todo el poder real sobre la ciudad de Lugo, salvada la fidelidad debida a los monarcas, y prohíbe que ningún habitante futuro de la urbe tenga otro señor o patrono que el prelado.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Catholicorum regum est sancta loca et personas diligere ac uenerari et donationes

auorum et parentum suorum innouare et confirmare et pro eorum meritis amplis ditare muneribus et largis ampliare beneficiis ut dantes temporalia eterne retributionis premia ualeant adipisci. Ea propter ego rex dominus Alfonsus cartam donationis, quam auus meus rex, dominus Alfonsus, felicis memorie, fecit Lucensi ecclesie, et pater meus, rex dominus Fernandus, pie recordationis, postmodum innouauit et confirmauit, ratam habeo et confirmo, et per hoc scriptum innouationis mee, firmissimum et in perpetuum ualitum concedo. Videlicet quicquid infra muros eiusdem urbis regia potestas umquam dinoscitur possedisse, ita ut nullus deinceps subsequentium regum infra ambitum muri ius regale habeat uel ullen tenus requirat set omnia integra et intemerata ad ius ecclesie et episcopi domni Roderici secundi, qui nunc preest et canonicorum suorum ac successorum qui post istos preesse meruerint perhenniter permaneant. Salua sola fidelitate nostra et omnia in arbitrio et potestate episcopi Lucensis et canonicorum suorum consistant, ut ad utilitatem huius ecclesie quicquid ex inde facere uolurint faciant. Innouo etiam sicut in supradicta donatione prefati incliti regis Alfon-sus reperitur ut quicumque ex regia familia nostra ad habitandum in ea uenerint, nulli domino uel patrono obsequium cuiuslibet et seruitutis coacti exibeant, nisi tantum episcopo suo eiusque uicario, sicut in antiquis monumentis a predecessoribus meis editis in nomine huius sedis continetur. Alie uero persone ingenue que uenerint ad habitandum sub patrocinio sint ecclesie et episcopi. Si uero alii patrono se contulerint solum et hereditatem quam eis episcopus dederit uel quam emerint siue quocumque contractu adquisierint, perdant. Huius autem innouationis concessionem facio et confirmationem in perpetuum ualitaram Deo et ecclesie Sancte Marie Lucensi et uobis domino Roderico secundo eiusdem ecclesie episcopo ac successoribus uestris et canonicis ut supra diximus ob remedium anime mee et parentum meorum. Nichilominus autem concedo et confirmo donationem et ampliationem quam fecit pater meus rex dominus Fernandus prenominate, Lucensi ecclesie scilicet: Ecclesias de Paleares, de Ferraria, et de Nigral cum cauto suo. Ex alia uero parte Ecclesias de Framoso cum . . . de Texeiro et Ameneda et Uillai Frigido cum cauto suo. In Sarria ecclesiam Sancti Salvatoris. In terra de Lemos . . . cum cauto suo . . . cauto de Atam. Ecclesiam de Doemondi cum directuris suis et monasterium de Cancellata cum cauto et pertinenciis suis. Si quis igitur tam [de meo] quam de aliorum genere istud factum meum spontaneum infringere temptauerit, iram Dei omnipotentis ac regiam indignationis incurrat et cum Iuda domini proditore Data et Abiron quos uiuos

terra absorbuit, eternas penas sustineat et pro ausu suo temerario quantum inuasit in quadruplum reddat et regie parti centum milia solidorum in penam persoluat, et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta karta apud Çemora, XV Kalendas nouembris. Era M C C XXVII. Ego rex dominus Alfonsus hanc cartam roboro et confirmo.

I.^o col. Petrus Compostellanus archiepiscopus confirmans. Manricus Legionensis episcopus confirmans. Fernandus Astoricensis episcopus confirmans. Alfonsus Auriensis episcopus confirmans. Petrus Tudensis episcopus confirmans. Uillemus Zemorensis episcopus confirmans. Rodricus regis cancellarius confirmans.

SIGNUM: Adefonsi Legionensi Regis

II.^o col. Comes Gomez tenens Transtemarens confirmans. Comes Froilaz Asturias de Tineu et Lemos confirmans. Johanes Fernandi regis signifer Limiam confirmans. Petrus Garsie de Lerma Coianca confirmans. Fernandus Arie Uillam Regis confirmans. Petrus Fernandi de Uaneuidez regis merinus confirmans. Gundissaluus regis notarius scribi iussit et confirmauit.

III

*Valverde, 16 de agosto de 1228 (?)**

Alfonso IX ordena al concejo y alcaldes de Villafranca que no obliguen a Viviano, hombre del obispo de Lugo, a hacer fero ni a pechar pecho ni pedido si no fuera forero de la villa.

Alfonsus Dei gratia rex Legionis et Badalocii uobis concilio et alcalibus de Uilla Franca. Salutem et gratiam. Sapiatis quod ego mando quod si dominus Viuianus, homo episcopi de Lugo, est uester forarius quod faciat forum pro se, et si non est vester forarius mando uobis firmiter quod non imbarguetis illum, nec contrarietis et non facieatis inde aliud pro quanto uos amatis. Data in Valuerde XXVII dias dagusto et non ponates ipsum dominum Viuianum in pecto non in petito pro hereditatibus episcopi.

(*) El notario ha olvidado poner la fecha de año, pero como el rey se titula de Badajoz, suponemos que será del año siguiente de la conquista.

IV

Alva de Tormes, 10 de marzo de 1231

Fernando III confirma el señorío de los obispos lucenses en Lemos y Villafranca.

Per presens scriptum tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum quod ego Fernandus Dei gratia rex Castelle et Toleti Legionis et Gallicie una cum uxore mea Beatrice regina et cum filiis meis, Alfonso, Ffrederico, Fferrando et Henrrico, ex asensu et beneplacito regine domine Berengarie, genitricis mee, facio cartam confirmationis concessionis et stabilitatis Deo et ecclesie Lucensi, uobisque domino Michæli eiusdem instanti episcopo, uestrisque successoribus, in perpetuum ualitaram. Confirmo itaque uobis et concedo omnes donationes, incartationes, immunitates, libertates, incautaciones a serenissimis progenitoribus meis uidelicet: imperatore et rege domino Fferrando, auo meo, et illustrissimo patre meo, rege domino Alfonso, uobis datas et concessas tam in cauto ecclesie uestre quam in Lemos quam in Uilla Franca quam in aliis locis quascumque tempore mortis predicti patris mei quiete possidebatis et pacifice ut eas perpetuo et irreuocabiliter habeatis. Et hec mee confirmationis et concessionis pagina rata et stabilis omni tempore perseveret. Siquis uero hanc cartam infringere seu in aliquo diminuere presumpserit iram Dei omnipotentis planarie incurrat et regie parti mille aureos in cauto persoluat et dapnum quod predicte ecclesie Lucensi intulerit eidem in duplum restituat, carta Nichilonimus in suo robore permanente. Facta carta apud Aluam de Tormes X.^o die martii. Era M^o CC^o L^o X^o nona. Et ego supradictus rex Fferrandus regnans in Castella et Toleto Legione et Gallecia, Badallocie et Bactia, hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et confirmo.

Robertus Toletanus sedis archiepiscopus Hispanarum primas confirmat. Infans dompnus Alfonsus frater domini regis confirmat. Bernaldus Compostellanus sedis archiepiscopus confirmat.

I.^o Col. Mauritius Burgensis episcopus confirmat. Tellius Palentinus episcopus confirmat. Bernaldus Secobiensis episcopus confirmat. Luper Segontinus episcopus confirmat. Ecclesia Oxomensis uacat. Dominicus Abulensis episcopus confirmat. Johanes Callaguritanus episcopus confirmat. Guncaluus Conchensis episcopus confirmat Ecclesia Placentina uacat.

II.^a Col. Aluarus Petri confirmat. Rodericus Gunçalui confirmat. Garsias Fernandi confirmat. Guillelmus Guçalui confirmat. Tellius Alfonsi confirmat. Didacus Martini confirmat. Rodericus Roderici confirmat. Alfonsus Suerii confirmat. Egidius Manrrici confirmat. Aluarus Roderici maior merinus in Castella.

III.^a Col. Johanes episcopus Ouetensis confirmat. Rodericus Legionensis episcopus confirmat. Nunius Astoricensis episcopus confirmat. Martinus Çamorensis episcopus confirmat. Martinus Salamantinus episcopus confirmat. Michael Ciuitatensis episcopus confirmat. Michael Lucensis episcopus confirmat. Laurencius Auriensis episcopus confirmat. Petrus Cauriensis episcopus confirmat.

IV.^a Col. Rodericus Gomez confirmat. Rodericus Fernandi confirmat. Ramirus Frolez confirmat. Didacus Frolez confirmat. Fferrandus Goterret confirmat. Fferrandus Johanis confirmat. Ordonius Aluari confirmat. Petrus Poncii confirmat. Pelagius Arie confirmat. Garseis Roderici maior merinus in Legione confirmat.

Johanes domini regis cancellarius abbas Valladoleti confirmat. Johanes de Aça iussu cançelaru scripsit confirmat.

V

Burgos, 16 de mayo de 1231

Fernando III ordena al concejo de Villafranca que no oblique a pechar facendaria a los hombres que tengan [en préstamo] heredades del obispo de Lugo, siempre que no posean bienes en el término del concejo.

Ffernandus Dei gratia rex Castelle et Toleti, Legionis et Gallecie concilio et alcalldibus de Uilla Franca. Salutem et gratiam. Mando uobis firmiter quod si homines qui tenent hereditates Lucensis ecclesie non habent in villa uestra hereditates proprias aut in termino suo de suo proprio, mando quod non pectet in Villa fazendera uobiscum. Quod uero contra hoc uenire presumpserit quantum inde prendiderit duplabit et mihi centum morabetinos pectabit. Data in Burgos, regi exprimente, VI^o die madii. Era M^a CC^a LX^a nona.

Ego Pelagius Fernandi publicus notarius Lucensis de ueris priuilegiis suprascripta feci per Johani Martin in mea presentia translatari et signum meum apposui consuetum. Ego Johanes Martin in presentia Pelagii Fernandi suprascripti notarii et de eius mandato transcripsi¹.

¹ Esta legalización final se refiere a los tres documentos últimos reproducidos en un mismo pergamino.